



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes,
a la Dirección del BOLETÍN ECLESIASTICO, calle de la Rua, 59

Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Divina Providentia PAPAE XV

LITTERAE ENCYCLICAE

DE PRAEDICATIONE DIVINI VERBI

Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos et Episcopos alios-
que locorum Ordinarios pacem et communionem cum Apostolica
sede habentes.

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES

Salutem et Apostolicam Benedictionem

Humani generis Redemptionem Iesus Christus in
ara Crucis moriendo cum consummasset, velletque
adducere homines ut, suis praeceptis obtemperando,
compotes fierent aeternae vitae, non alia usus est via
quam suorum voce praeconum qui, quae ad salutem
credenda faciendaque essent, hominum universitati
denuntiarent. *Placuit Deo per stultitiam praedica-
tionis salvos facere credentes* (1). Elegit igitur Apos-

(1) Cor., 1, 21.